

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De Eucharistia piè suscipienda. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

temporis, pro continuandis aetibus doloris, de peccatis commissis, & bonis omisis. Sed, si oscitante Examini attendes, & mente dissipata, huc atque illuc vagabere, ne vnum quidem punctum ex quinque punctis Examinis bene perficies. Et hic in Sexto puncto possunt ijs, qui in decade globulorum notant victorias, facere reflexionem ad illas, an plures obtinuerint victorias, quam ante praeeritum Examen. Quas postea annotando, poterunt conferre numerum praesentem cum praeerito, sed Examini particulari occupato circa extirpationem vitij alicuius nil addant a S. Patre pro illo non prescriptum.

Dices tertius, Cur nunc prescribis hos septem modos inquirendi, in statum conscientiae, quos S. Ignatius non prescripsit, in quotidiano generali Examine, & vetas ne in Examine particulari annotentur victoriae, eò, quod id S. Pater non prescriperit?

Respondeo, hec omnia in quinto punto, tradito a S. Ignatio, contineri tanquam partes integrantes in suo corpore. In quinto enim punto S. Pater iubet proponere emendationem. Emendatio autem necessariò & essentialiter requirit hec omnia, qua in his septem punctis continentur, & tota illis comprehenditur, & sine illis, non potest verè dici homo se emendare, vt per se notum est. Emendatio enim pro termino quo, ut ait S. Thomas, habet diminutionem peccatorum, & refragationem inordinatum affectuum, ex velimenti passionum oriri solitorum, & expulsionem imperfectionum, etiam inculpabilium, vt sunt actiones materialites mala, & factæ sine intentione & sine spiritu, lipro termino verò ad quem, emendatio nostra, habet perfectionem operum nostrorum, & frequentiam eorum, & profectum iudicis maiorem in eis, per quem homo semper fit melior, & operatur perfectius, & non omitit occasiones exercendorum bonorum operum. In utroque autem hoc termino intrinsecè continentur hæc septem puncta: ideoque in verbo emendationis proponenda, à S. Ignatio comprehenduntur, non sic annotatione victoriarum. Quia totaliter diversa est à punctis Examinis particularis, non indigentis aliorum addimentis.

Denique hū notandum est: Si quis viueret ita purè (sicut aliquos seruos Dei, ex eorum virtutis, scimus vixisse) ut raro peccaret, & vix aliquod peccatum intra aliquot menses committeret, tali suaderem duo: primum, ut in agendis Deo gratias (præter cōmunes omnibus) personalibus diu se occuparet: deinde, ut magnos actus eliceret contritionis vel doloris de peccatis antea dictis suis, & aliorum, ac si esset in presenti statu magnus peccator. Inter beneficia vero personalia, minima quæque tanquam maximi momenti beneficia, reuocet in memoriam, & pro iis gratias tenerimas Domino Deo agat. Specata enim nostrā vilitate, & integritate

& supremi Numinis infinità excellentiā & dignitate, nulla sunt Dei beneficia minima, sed omnia maxima; ideoque merentur gratiarum actionem valde feruenter & sinceram. Post aetas hoc modo Deo gratias, reliqua puncta celestius absoluat. Quam ad rem plurimum conductit, habere ante se clepsydram, horæ quartam partem indicantem, ut ad eius decursum sciatur accommodare. Quod autem dico de clepsydrâ pro examine, idem dico de clepsydrâ vnius horæ tempore meditationis, ad quam illa mensura est, potius quam ad pulsuum sonorum horologij. Ita enim non decurtabit dæmon tempus meditationis (vti præmonuit S. P. Ignatius). Annoe. quod solet decurtari, dum pulsus horologij at-^{12.} Exerc. tenditur, in quo decurtari sèpè solent hora.

CAP V T SEPTIM V M.

Agit de SS. Eucharistiâ p̄ie sumenda.

*Quarto, plurimum conductit ad augendum Spiritum, & conseruandum tempore studiorum studiū peculiare cum bonâ preparacione, accedendi ad Sacram Communionem, & vñā horam circiter post communionem expendendi in rebus merè spiritualibus, iuxta directionem P. Spiritualis. Porro quoad preparationem attinet benè monuit B. Laurentius Iust. *De disc.* Videat quilibet, ne confusione aut cordis elatione, & perf. ad perceptionem ducatur tanti mysterij, sed devotione, mon. con. prauia meditatione. Nam alia Sacerdotum, alia c-^{cap. 19.} terorum debet esse consideratio, & mentis dispositio. Excellentior quippe gradus, perfectiore requirit preparationem. A cunctis tamen requiritur, puritas castitatis, affectus devotionis, memoria Dominice Passioni, amaritudo contritionis, & promptitudo atque desiderium bona operationis. Iuxta mensuram charitatis, effectus percipitur huius Sacramenti, quandoque sensibiliter, quandoque insensibiliter. *Vir* namque bonus, nunquam caries spirituali profectu. Nam eis deuotio plurimum huic congruat Sacramento, tamen prius vita commendabilis habenda est, deinde deuotio. Nam vita sine deuotione multum consert, absque vitâ deuotio nihil. Hoc autem definiendum est, quid nec laudabilis vita, sine deuotione esse valens, neque vera deuotio sine re-ctâ vitâ subsistit. Utramque vero Christi milites semper habere studeant; Nam ita caute viuant, vt deuotionis gratiam mereantur adipisci, & sic in deuotionibus occupent se, vt in nullo (si possibile sit) virtutem prætermittant. Deuotionis namque testimonium, est commendabilis vita, & laudabilis conuersationis adiutorium, est interna & spiritualis deuotio, qua potissimum percipitur in hoc Sacramento. Prima ergo præparatio ad SS. Eucharistiâ bonam susceptionem, sit vita antea dicta laudabilis. Secunda, vt idem de casto connubio monet, cap. 24. Ut omnis culpa macula prius aboleatur, quam ad altare pergatur. Tertia præparatio, sicut, iudicio huius Sancti, p̄ie præue aliquæ considerationes, que in nobis excitantū*

Hh 3 humi-

humilitatem, ex consideratione Maiestatis tantum, à nobis suscipienda, tum desiderium ardens tantum bonum recipiendi, tum amorem ignitum erga tantam dignationem. Supremi calorum & terra Regis ad nos venientis, & se totum nobis per modum cibi intime fridentis.

De disc. Quis non exciteatur inquit loco citato B. Iustinianus, ad mentis devotionem cum diligenter consideret, tam ineffabilem Diuine dignationis charitatem sui inclinari ad se, ut nequam ambores hominis vilissimam substantiam, deformatam naturam, & damnabilem culpam &c. Sed nemo servorum Dei ab hoc se subtrahat Sacramento, quoniam actualis deit deuotio. Non debet repellit ab eo indeutus iustè viuen, virtuosè conuersans, humiliiter se agnoscens, pure consitens, & reverenter accedens. Et quidem inter alios bona præparationis modos, præclarri sunt & illi, quos diuinus eloctor trahiderunt nobis. Magnæ Sanctæ. In primis S. Catharina Senensis, que in suis Dialogis cum Deo Pâtre habitis sicut:

Si plurimi portarent candelas ad ascendendum, & una ponderis esset vnius vnde, alia duarum, sive sex, vel vnius librae, & quamvis omnibus accessit in qualibet parva & magna, totum lumen accipias, videlicet calorem, colorem, & ipsam lumen, iudicabis tamen quod minus de lumine recipias ille, qui candalam parvam accendit, quamvisque qui maiorem: Ita contingit in hoc Venerabili Sacramento, de his, qui recipiunt illud, & eorum candelas afferunt: videlicet sanctum desiderium, cum quo recipiunt ipsum Venerabile Sacramentum. Atque tantum accipitis ex isto lumine, quantum de materia sincera dilectionis, & amoris, & igniti desiderij portatis, quamvis totum in veritate recipiatis. Tantum ergo percipitis ex isto lumine, videlicet de gratia, quam in isto Venerabili Sacramento recipiatis quantum voscum sancto desiderio disponitis ad recipientum. S. Gertrudis vero Virgo Ordinis S. Benedicti cum petiisset à Christo Domino, Quid dignitate obuiabo tibi, cum tam largissimum dignitas venire ad me? Respondit Dominus: Nihil aliud requiro a te quam quod euacuata venias ad recipientum. Quia omne quod mihi placuerit in te, hoc per donum meum totum accipies. Hinc intellexit, quod euacuatio illa sit humiliata, quâ se reputaret omnino nihil habere de meritis, nec etiam aliquid posse nisi ex gratuito bono Dei. Et ut omne quod facere potest pro nihilo astinxaret. Corporalia enim omnia nostra bona, eti sibi Dei dona, collara, cum infinitâ Majestate Diuinâ & perfectionibus eius, sunt quoddam nihilum

Ila. 40. 17. morale, sicut eandem ob causam teste Ista. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum (physicum) & inane, reputati sunt ei. Peccato autem amoto eo quisque fit dignior, quo indigniorum se putat, ut ait B. Laurentius Iustinianus de casto connub. cap. 24. col. 6. Ec B. M. Magdalena de Pazzis, apud Puccinum, in capitulo vidit Ordines Religiosos significatos, per multas semitas ornatissimis arboribus & viribus. Et in eis vidit aliquos Religiosos passi vnu & eos esse, qui cum magno furore & gemitu sumunt Eucharistiam, & magnum inde fructum percipiunt.

punt: Alios vidit evellere vices & earum loco plantare spinas. & hos esse, qui communicant casta, cum exiguo, in nullo gemitu, & nullum fructum capiunt, quia Iesus transiit per illos, & non subsistit in eis, id est tales non produnt in religione aliud, quam spinas peccatorum. De B. Catharinâ Genesensi, in eius vita scribitur: Exoptabat, inquit, ut sibi cum ingenti gemitu & deuotione tres alias Missas, que in Nasali. Domini ex morte Ecclesie celebrantur, dicere liceret, ideoq; non erant in hoc mundo, quoniam conditioni inuideret, nisi Sacerdotum, ed quod hoc Sacramentum corde possent accipere, ac manibus tractare fecerit: quod supra altare in manibus Sacerdotum conficiens, intra se dicebat: Abi cito, citò transmite in intimum cordis mei, quoniam cibis ipius est. Vix poterat tolerare, ut extra cor vel levissimum spatio conficeret, formè tabesceret, donec receperisset: vnumquemque putabat talen: gustum inde, & leuamen percipere: eiusmodi ipsa.

Sed & B.M. Magdalena de Pazzis Deus Pater, hunc præparationis ad sacram Communionem modum prescripsit, ut scribit eius Confessorius Puccinus, in illius vita: Primo, inquit, sicut natura tua in mente meâ non habet principium, ita ad me accedas sine principio, scilicet, non attribuendo operibus, que facis, preparando te ad Communione, aliquod principium ex te, quia ex te nihil boni facis, nec sacre potes, nec quidquam boni habes, & convenientis ad me recipientum. Et ita te humiliabis, & aspirabis ad maiorem perfectionem, & pteres, ut ego faciam dignam preparationem in te ad Communione.

Secondo sicut natura in me est, eterna, ita a venire debes cum aeternitate ad me, & quia in aeternitate non est tempus præteritum, nec futurum, nec corruptio vta, debes accedere, nil praesens vel futurum respiciendo, sed nec solùm, ne quidem dulcedinem spectando, nisi in quantum venit à me, & mea voluntati conformis es, & suigendo omnem corruptionem peccati mortalis, & affectum ad Creaturas corruptibilis, quas ei dedi ad instrutionem, vsum, & recreationem, in quibus sistere non debebis, nec sinens in iis ponere.

Tertio accedit ad hoc Sacramentum cum puritate, que est possibilia vestra fragilitati: puritas enim est imago esse mei, quam puritatem acquiretis, offendendo sanguinem meum. Aded autem esse debet pura anima accedens ad hoc Sacramentum, cum intellectu primo, memoriam puram, voluntatem puram, intentionem puram, affectum purum, ut etiam aspireatis ad puritatem Angelorum & omnium Creaturarum, accedendo tantum ad honorandum me, & ob gloriam meam, & ob nullum alium respectum, ne quidem ob sentiendam dulcedinem, &c.

Porrò de tempore longiusculo post sacram Communionem, cum Christo Domino traducendo, adserunt tria Monita præclara:

Primum est S. Teresia, que, ut scribit in eius 1.4.1. vita P. Franciscus Ribera, monebat suas Moniales, ut quamdiu calor naturalis species Eucharistie non consumptis, cum Domino tractarent, non occupando se circa alia, idque se persuadere contabatur: si, inquit, dum esset in via per mundo, solo contactu eius vestes sanabant infirmos, ut cap. 14. que

*4. par. vi.
ta. c. 13.*

Matt. 14. que adde ut scriptum reliquerit S. Matthaeus: Rogabant eum in terra Genesareth, ut vel simbriam vestimenta eius tangerent, & quicunque teigerant salui facti sunt, non esse dubitandum, eundem Dominum factum miracula, dum intra nos est, si viuam fidem habebimus & daturum quod petimus, dum erit domini nostra: Non enim sole hac Dei Maiestas male soluere pro hospito, si bene recipiat, nec ita venit absconditè, quam se aliquantulum detegat ei, qui scit illum excipere quia multos habet modos se ostendendi anima. Sed si subito post Communione illum relinquimus, non habemus causam, cur queranur, si parvum videamus anima nostra in virtutibus progressum.

95. Deinde cum fuse commenda set longiulcam cum Christo, in Eucharistia suscepto, commemorationem, & improbasset eorum mortem, qui Christi Corpus intra se habentes, nondum per naturalem calorem consumptis speciebus, Christi imaginem aspiciunt (notare reflexionem & metaphysicam Sanctæ) Christo ipso intra se quasi relicto; tandem caput illud concludit dicens, eos qui citò ad negotia se proripiunt, ita facere, ac si Christo domum nostram ingresso, domo ipsi existent, eumq; inde expellent, & rigerent, ne Christius dominum occupet ilorum, & incusat. Improbabat hæc Sancta, & meritò, morem illorum, qui retinentes post Communione immediate sacrosanctum Domini Iesu intra se Corpus, nondum consumptis speciebus, illam semihoram, non in colloquiis cum Christo expendunt, varios suas affectus elicendo, sed ac si Christus Dominus cum sua Humanitate sacramissimā nobis procul abset, tempus illud in meditatione seu consideratione aliquarum rerum piarum insunt. Sicut enim presente Rege domum tuam ingresso, indecorum esset eū non alloqui, eius alloquium non expectare in silencio, sed occupare se pium aliquid legendō, vel aspicioendo, vel meditando; ita magis indecorum est, eodem modo coram Rege cœlorum intra te existente eum non alloqui. Et hoc indicat. cat B. Laurentius Iustinianus, dum monet: Cum mentis oratio (scilicet colloquium mentale cum Deo, quod per actus adorationis, gratiarum actionis, humilitatis, contritionis, oblationis, petitionis, laudationis, resignationis, & similes ad ipsum Deum relatios tanquam præsentem) præfatio est, superflua ac noxia meditatio agnosciatur: cum vero abest perutilis & necessaria esse censor. Meditatio siquidem (Communioni, & Sacro præmitenda) orationem (colloquium cum Deo per pios affectus) excitat, oratio autem Deo præsentat. & Verbum (ac si esset præsens) posidere facit: Præsente verò Deo & Verbum posidente anima, (multò magis si corpore per Eucharistiam illud possideat incarnatum) gratissimum laudū (non consideratiois rerum aliarum, et si piarum) exhibetur Sacrum. Iuge quippe laudū holocaustum, & perfecta actio gratiarum, ex certissimā Verbi agitur præsentia. His similia dicit idem B. Laurentius Iustinianus l. de

Decast. 1.22. col. 4. Deinde cum fuse commenda set longiulcam cum Christo, in Eucharistia suscepto, commemorationem, & improbasset eorum mortem, qui Christi Corpus intra se habentes, nondum per naturalem calorem consumptis speciebus, Christi imaginem aspiciunt (notare reflexionem & metaphysicam Sanctæ) Christo ipso intra se quasi relicto; tandem caput illud concludit dicens, eos qui citò ad negotia se proripiunt, ita facere, ac si Christo domum nostram ingresso, domo ipsi existent, eumq; inde expellent, & rigerent, ne Christius dominum occupet ilorum, & incusat. Improbabat hæc Sancta, & meritò, morem illorum, qui retinentes post Communione immediate sacrosanctum Domini Iesu intra se Corpus, nondum consumptis speciebus, illam semihoram, non in colloquiis cum Christo expendunt, varios suas affectus elicendo, sed ac si Christus Dominus cum sua Humanitate sacramissimā nobis procul abset, tempus illud in meditatione seu consideratione aliquarum rerum piarum insunt. Sicut enim presente Rege domum tuam ingresso, indecorum esset eū non alloqui, eius alloquium non expectare in silencio, sed occupare se pium aliquid legendō, vel aspicioendo, vel meditando; ita magis indecorum est, eodem modo coram Rege cœlorum intra te existente eum non alloqui. Et hoc indicat. cat B. Laurentius Iustinianus, dum monet: Cum mentis oratio (scilicet colloquium mentale cum Deo, quod per actus adorationis, gratiarum actionis, humilitatis, contritionis, oblationis, petitionis, laudationis, resignationis, & similes ad ipsum Deum relatios tanquam præsentem) præfatio est, superflua ac noxia meditatio agnosciatur: cum vero abest perutilis & necessaria esse censor. Meditatio siquidem (Communioni, & Sacro præmitenda) orationem (colloquium cum Deo per pios affectus) excitat, oratio autem Deo præsentat. & Verbum (ac si esset præsens) posidere facit: Præsente verò Deo & Verbum posidente anima, (multò magis si corpore per Eucharistiam illud possideat incarnatum) gratissimum laudū (non consideratiois rerum aliarum, et si piarum) exhibetur Sacrum. Iuge quippe laudū holocaustum, & perfecta actio gratiarum, ex certissimā Verbi agitur præsentia. His similia dicit idem B. Laurentius Iustinianus l. de

Sic & altera Societatis nostræ Filia, ex illo 96. sancto Monasterio Florentino, in quo P. Lainez tempore S. Ignatij quotidiam communionem Monialibus introduxit, ad hec tempora continuatam, B. M. Magdalena de Pazzis (vti scribit Puccinus in eius vita) dicebat suis Novitiatibus, quarum erat Magistra: Si desideratis breui peruenire ad magnam perfectionem, accipite pro Magistro vestro Crucifixum, attentas præbete aures, eius verbisquia perpetuo vos alloquitur in corde, maximè in illa hora, quando recepisti SS. Sacramentum. Itaque à teneris annis dixit sibi valde fuisse vtile. Vnde cum aliqua non communicaret dum posset, egrè ferebat, dicens non esse efficacius medium ad acquirendam perfectionem, hoc SS. Sacramento. Et si hoc bono viti scireti, in paucis diebus repleremini cœlesti amore. Memineritis Deum esse immensam charitatem, & ex amore velle communicare animabus, beneficio huic amori cibi. Ideo magis opportunum tempus, ad crescendum in perfectione vita spiritualis, dicebat, illud esse, post Communione. Quam ob causam nolletas suas Novitias adde citò post Communione se conferre ad Exercitia communia: & post Communione suadebat offere

offerre Domino omnia opera & exercitia spiritualia illius diei, in preparationem cibi Sacramenti die sequenti recipendi. Illustrari hoc potest exemplo,

gr. 28.

quod adfert S. Ioannes Climacus, disputans de utilitate quam afferit oratio, & ea quanta pars vno cum Deo: *Si corpus per tactum appropinquans corpori, immutatur actione, quomodo non immutabitur, qui Dei corpori manibus innocentibus propinquatur?*

97.

Credamus ergo his SS. Virginibus, & exequamur eorum monita, nec praetextu parandæ lectionis vel concionis, aut addiscendæ, vel similem aliam ob causam, iudicio Dei & Superiorum non probandum, citò nos subducamus à Domino Iesu, intra nos recepto, quin potius diutius moremur cum illo, vt ab eo in his ipsis magis iuuenemur, ob quae deseritur à tepidis.

ser. 13. in

Cant.

c. 6. pag.
74.

Eccli. 14.

*Ori-
go enim fontium & flaminum omnium mare est, in-
quit S. Bernardus, virtutum & scientiarum, Domi-
nus Iesus Christus. Quis enim Dominus virtutum, nisi
ipse est Rex gloria? sed & iuxta Anne canticum idem
ipse, Deus scientiarum Dominus est. Continentia car-
ni, cordis industria, voluntatis restitudo, ex illo fonte
manant. Non solum autem, sed & si quis callet inge-
niosi, quis niter eloquo, si quis moribus placet, inde est.
Inde scientia, inde sapientia sermo. Thefauri squident
sapientia & scientia ibi omnes absconditi sunt. A Christo ergo recepto intra nos, queramus illa omnia, quibus indigemus, nec ab eo, propter illa
alibi (à nostrâ Icilicet industria & labore) quer-
rendo, citò discedamus. Quam ad rem facit
quoddam monitum diuinum communicatum*

P. Balchasai Aluatez, teste P. Ludouico de Pon-
te in eius vitâ. *Magni, inquit, semper faciat, qui com-
municat, tempus, quo Diuina Maiestas cum ipso man-
serit, in quo potius attendat, vt diuina presentiam pre-
neretur, supplexq, ore, impetratib; sibi Diuinam eius be-
nedictionem, sibi q, per suadeat, se dignum non esse, cui
Deus faciat suam ostendat; quam vt prolixas ratio-
nationes ac meditationes instituat, & attendat, ne vel
momentum amittat, tam felicis temporis, quo frui ac
negotiori posuit cum Diuinâ eius Maiestate, iuxta ver-
bum illud Ecclesiastici: Non defrauderis à die bono, &
particula boni doni te non pretreat: hoc dico propterea,
quid multis communicantibus pruriunt pedes, vt inde
discedant, ubi praetextu lectionis, qua est phrenes intollerabilis. Nam prolixiores orationes, piaq, lectiones,
quid aliud sunt, quam quidam clamores, quibus Do-
minum vocamus, vt ad nostram domum venire dignes-
tut: que igitur stultitia est, vt post tot horas, inq, &
annos quibus egimus pro tanto sauore obtinendo, quando
nobis illum exhibet, non possumus nos continere, quin
statim ex eadem nostrâ domo exeamus: quid nos pos-
sumus libri docere, quod non Diuina Maiestas præfens
melius doceat, quem saporem & oblationem crea-
turæ nobis adferre possint, quam ipse non posset nobis
pleniùs conserne, nosq, saturare: & quam sanctitatem
ex eorum conuersatione haurire possumus, quā mai-
orem non afferat nobis familiaritas cum ipsorum boni
lectio habet, nisi quid affectum nostrum erga ipsum
Dominum excitat: & quid spiritualia exercitia, nisi*

quod illum ad nos inclinent? Ad hoc autem perpendi
possunt sequentes veritatem, in quibus anima cum Deo
suo loquitur: *Infirmus, Domine, qui tecum non exhiba-
ratur, valde propè est ut cadat: anima qua tecum non
exultat, unde poterit exultare qui tecum Domine non
est contentus, quomodo non crepat: qui in domo tua non
ostendit tibi promptam voluntatem, quomodo iterum
cum ad se aduentum expectabit: qui dum te hospitem
habet, properat ut exeat ex domo, facile ostendit se cor
habere alibi obstricatum, cui tecum manere est radium,
cum tu ipsius honoris ergo ad ipsum accesseris Deus
eius, & totum bonum eius, cum qui is omnia negotia
facile expedit, non habet amplius quod agat, aut qua-
rat, cumq, solus huic rei causa natu sit in mundo, fa-
cile ostendit se phrenes laborare, si tecum non maneat
libenter. Has & similares sententias, vir hic sanctus, pro-
ponebat cum ingens sensu, ob tepiditatem eorum, qui
Sacrum faciunt, aut communicant, nec tempus sibi su-
munt, in quo fruantur Domino, quem in dominum re-
cepissent.*

Non est noua hæc querela, sed antiqua. Ut
autem omittant antiquiores, solam S. Bernardi
adferam. *Quanta, inquit, est infama, vt post tantu-
regis aduentum, alii quibuslibet negotiis homines ve-
lent, seu audeant occupari: & non magis omnis omni-
bus, soli eius cultui vacent, nec in eius presentia, cuius-
quam meminerint ceterorum. Sed hoc antiquior
S. Ioannes Climacus appellat eos ingratos ca-
nes, qui à Domino statim abscedunt, postquam
eis panem deuotio[n]is dedit, eosque per sui suum
sibi affidere per orationis studiumhortatur. Si
ingrati canes iudicio huius Sancti sunt, qui de-
votione, instar panis perceptâ, Deum deserunt,
transferendo se ad profana negotia, quantò
maiore censurâ digni sunt, qui pane cælesti in
Sacramento percepto, Diuinitate & Humanitate
Christi intrinsecè imbuто, eum citò dese-
runt?*

Quocirca mirum non est P.N. Generalem
Mutiu anno 1620. 19. Decemb. dedisse grauissimas literas ad omnes Societas Prouinciales,
quibus eis commendat extirpationem trium in
Dei cultu defœtu. *Primum. Si Litania properanter
dicantur, & respondentes præuentam ipsum Sacerdo-
tem preeuentem, vel si Sacerdos sequentem versum pro-
sequatur, antequam priorem ceteri absoluuntur. Secun-
do, si preces que in benedictione mensa, & gratiarum
actione dicuntur, cum tantâ celeritate ac confusione
pronuncientur, vt neque intelligi possit quid dicatur,
sicq, quis preeat aut respondeat. Tertio, Si Sacerdotes
vrgentibus forte alii negotiis (eadem autem est ra-
tio de communicantibus) finito Missa Sacrificio,
Diuine Maiestati debitis gratias, aut non reddant, aut
ita celeriter & perfusorice faciunt, vt parum bono
exemplo sint eis, qui illud obseruant. Ne quis autem
parui momenti hac P.N. Generalis Monita el-
le exsisteret, sic Epistolam suam claudit:*

*Ceterum, inquit, non erit sp̄tro quisquam, qui exi-
simet hosce defectus, non ita magni momenti esse. Nam
mibi cum j multum de honore, Deo debito subrabant,*

ad e

ad eis graues esse videntur, vt nisi scirem hominibus Religionis, satis esse hos indicasse, pluribus vnumquemque ad eos auertendos adhortari contendere.

CAPVT OCTAVVM.

Commendat frequens colloquium cum Patre Spirituali.

Quid summoperè necessarium est studiorum tempore, ad conseruandum & augendum spiritum, frequenter alloqui Patrem Spiritualem, cuiusque monitis parere. **M**agnum Deo dñi. solitum est huius vita, inquit S. Bernardus, ut habet. 7. beas cui pellus tuam aperias. Nec tantum solitum: est, sed etiam beneficium: quia hac ratione morbos tuos spirituales curabis, vel saltem eorum leuamen acquires, ex colloquio cum tuo Patre Spirituali, cum ei illos deteges. **O**mnia vita, inquit Seneca, in aperto leviora sunt: morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpant, ac vim suam proferent. Et avaritiam itaque, & ambitionem, & cetera mala mentis humanae, tunc perniciosa scias esse, cum simulata sanitatem subdidunt. Quocirca S. Ioannes Climacus, proponens scalam, per quam ad celum, & ad perfectionis apicem peruenitur, in primo scale sue gradu, commendat tecum omni necesarium, ad Patrem Spiritualem: **Q**uicumque, inquit, ex Aegypto egredi, Pharaonemq; cupimus effugere, prorsus Moysè antiquo, ad Deum, ac post Deum. **M**ediatore nobis opus est, qui pro nobis medius inter actionem & contemplationem stans manus extendat ad Deum, ut hoc Duce directi, traiciamus mare, atque Amalech vitorum Principem fugemus. Seducti igitur sunt, qui sibi ipsi confidentes, nullo sibi duce opus esse arbitraitur sunt. Et illi quidem qui ex Aegypto egressi sunt, Moysen, qui vero ex Sodoma fugerunt, Angelum Dei habuere ducem. Atque hi quidem, qui ex Aegypto profecti sunt, eos significant qui animalium suarum morbo per medicorum curam & diligentiam sanare cupiunt. Qui vero ex Sodoma fugere, illos designant, qui miseri immunditiam corporis excuere, votis omnibus desiderant. Quocirca Angelus etiam, videlicet equali (ut ita dixerim) adiutor hoc opus habent. Et gr. 4. col. 1. eum qui se non regit, sed Patris Spiritualis regimini committit, ad ea qua honesta sunt & spiritualia ad Diuinam Majestatem oculis gratissima, ferè ante venturam, quam vel copierit. Et alibi: **Q**ui sine Patris auxilio contra spiritus nequam pugnare nittitur, ab illis occiditur. Hunc S. Basilius recursum ad Patrem Spiritualem sic suadet: si qui se aliqui artium istarum illiberalium ac mechanicarum dediderit, que ad transmittendam vitam hanc vires sunt, artifici suo quacunque ratione parendum putat, neque ullâ in re preceptis illius adseratur, nec vero ab illo vel ad minimum tempus digreditur, sed aſidue usque in oculis Magistri est, cibumq; ac potum & reliquum viatum omnem aquo animo, ut ille prescriperit admittat, maledicere credibi-

lius est, qui se ad pietatis religionis doctrinam percipiendam contulerunt, eos, qui semel sunt persuasi, huiusmodi posse se ab Antisite suo scientiam accipere, fore, vt omnibus illi in rebus libertissime obsequantur, summe que ac diligentissime obtemperent, neque ab eo, eorum que sibi imperentur, rationem reposcant, potiusq; ut imperatum opus perscant, extra tamen si quod erit huiusmodi que ad salutem pertinent ignorentur. **Q**uod enim huiusmodi est, id eā quā pars est modestia ac reuerentia adhuc, interrogare & doceri licebit. Ideo merito, talum rerum cum Spiritualibus mediis silentium, Heliodus Episcopus appellat 1.4 AE. morborum alimentum. Nam, ut ait S. Gregorius thiopic. Papa, Si tegit infirmus vulnera, quorsum illi à medico In Psal. 2. adhibetur disciplina? Nonne si celare vulnus caperit, talius extensem, introrsum purescit? Ideo, ut dicebat Abbas Poem in Vitis PP. laudatus, In nullo sic Ruff. 1.3. gaudet inimicus, quomodo in illo, qui non vult cogitationes suas manifestare. Sanctus Antonius Abbas, cap. 28. teste S. Athanasio in eius vita, dicebat; magnam esse ad virtutem viam, si singuli vel obseruarent quod gererent, vel vniuersas mentium cogitationes Fratribus referrent. Non enim posse aliquem peccare, cum relatus esset ad alium quacunque peccasset & subiret pudorem, in publicum turpia proferendi &c. multò autem magis si peccata nostra, fideliter describentes, digeramus in ordinem. Et quomodo peccantes confunduntur ad presentiam ceterorum, ita & nos erubescemus ad litteras, si hec agamus. Si ergo sola manifestatio peccatorum coram aequalibus facta, iudicio S. Antonij, peritissimi animalium Medici & Magistri, magna est ad virtutem via, multò maior erit & utilior, dum res nostras omnes aperiemus illi, qui nobis à Deo datus est, medicus animalium nostrarum. Hoc enim nomine Patrem Spiritualem appellant, Sancti Nazianzeni. 4. Augustinus, Climacus, Bernardus, Bonaventura, Xauerius, & antiquissimi Doctores Clemens Alexandrinus, & Origenes. Cum talibus enim loquendo, ut expertus præclarè pauculus verbis exprefsit S. Bernardus in tractatu de Passione, Sep̄ à nostris, Domino cooperante, dubitetibus expeditur. Et, ut idem ait serm. 2. Dominica in ramis palmarum, Ipsi sunt, qui viam parant Domino ad corda vestra, qui vos regunt, & dirigunt gressus vestros in viam pacis. Et infra, qui solliciti sunt circa peccata & tentationes aliorum. Deinde ad hoc Pl. 37. c. quoque necessaria est Patris Spiritualis allocutio, quia, ut scribit S. Chrysostomus, Plurimi cum eisdem morborum incommodis, non eisdem tamen indigent medicamentis, sed alia quidem ipsis, alia illis apponuntur. Horum autem cognitione à Spirituali Medico petenda est. Merito ergo S. Ioannes gr. 4. col. Climacus ait: Beatus qui voluntatem suam ad finem 10. usque mortificauit, suiq; ipsius curam omnem atque diligentiam Spirituali Magistro permisit. Nam ad Crucifixi dexteram constituerat. Hac vita, inquit B. Lau- De cast. rentius Iustinianus, ignorantie, erroris, & laboris con. c. 2. anxietate reserta est, proinde qui in illâ peregrinantur, col. 3. ut ad veram perueniant Ierusalem, qua est in celis, Ma-